Num.	Argumenta.	Lapill. vocab.	Possessores.	Monum. Scriptor.
156	Alia *item, vt opinor, feminae* loricatae ac diademate cultae, *tota Libyen testante figura*, nihilo speciosior superiore. in anulari parua.	Sarda		
157	Alia iam scitula, vultu recto *ac fortitudinem animi destinati fasso, cultus externus videtur. Equidem* Semiramida *reddi hac imagine putauerim. Nam penes nos quoque est talis altiuscule excisa Smaragdo ferme veterum minutissima. Haec praesens anulari maiusculae scienter impressa.*	Sarda		
158	Alia *feminae, vt in plerisque solet*, obliquo vultu, diademate cultae. Philippum *Amyntae Macedoniae Regem putabam, redeuntibus satis vultus lineamentis ad monetae signa Macedonum, in quibus inscriptum legimus* ΦΙΛΙΠΠΟΥ.	Sapphiro		
159	Alia *fere obscurae.*	Sarda		

IV. SAPIENTVM GRAECORVM FERE AC POETARVM IMAGINES

160	HOMERI recto vultu, *ac taeniis, vt solet, reuincti, barbae cultu singulari*, Imago *bella.* in anulari parua.			Chr. de Imagg. poetarum
161	Alia illius *eiusmodi*, item *opere inprimis docto, qualis propemodum ab Achille Statio primum, dein ab aliis, e marmore prisco fuit edita, nunc in Capitolinis, nisi fallor, extat. Ista quidem*			